

D. Anast.

Spadonem Explicat ejus scholastes Pamelius, spadonem castam cum voto, D Epiphani lib. 2. heres. 63. & ait: Elias & Elifaus, & Joannes qui per magnam hanc formam imitationis Angelorum, recte secundum Evangelicam Domini ordinationem se ipsos propter regnum Dei castraverunt, D. Anathasius Sinaita in suis quaestionibus sacrae Scripturae, quast. 66. tom. 6. Biblioth. part. 2. & ait: Eunuchi, qui se castraverunt propter regnum caelorum, hi sunt praclari Apostoli, aique deinceps fuerunt virgines, & Monachi: Joannes quidem, & Jacobus filii Zebedaei; & post illos quot millia monasticam vitam agentia, sicut Elias, & Daniel in veteri testamento, sanct. Ephrem Syrus, quem citat, & sequitur Salianus tom 4. Annal. anno 3123. n. 21. & ait: Sanctus Ephrem Syrus Eliam, & Elifaus, & Joannem, & Apostolum Paulum in eorum numero recenset, qui se castraverunt propter regnum Dei: D. Almandus, de laudibus B. Virg. cap. 10. Joannes Hierosolymitanus lib. de instit. Monach. cap. 34. Roderic Vvaldenf. tom. 3. de Sacrament. 9. cap. 85. n. 8. Robertus Arboren tom. 1. de celibatu. Cardinalis Hugo 4. Reg. 24. ad illa verba, & Eunuchos ejus. Hinc Daniel ob ejus eximiam puritatem, ac castitatem dicitur Eunuchus a sanctis Patribus, Glossa ordinaria in c. 1. Danielis ad illa verba: de semine Regio. Ira loquitur D. Epiphanius in vita Danielis, D. Dorotheus in synopsi Chronicon Alexandri Olympiade 700. D. Damascen. lib. 4. de fide orthodox. cap. 2. Abulensis in 4. Reg. 9. 34. & ita dicunt, & cum appellant Eunuchum ad c. 1. Daniel, ad illa verba: Praepositus Eunuchorum. D. Dionys. Lyranus, Pereira, Maldonatus, Pinto, Cornel. Sanchez, Maldonat. Pinto. Cornel. Sanchez.

D. Almand.

Vvalden.

Robertus Hugo.

Glos. Ordin.

D. Epiphani. D. Dorothe. Chron. Alex. D. Damasc. Abulens. D. Dionys. Lyran. Pereira. Maldonat. Pinto. Cornel. Sanchez.

11.

Ergo cum in lege veteri juxta tot Patres ac Auctores, darentur Eunuchi, etiam de illis in illa lege, est explicandus Isaias. Et confirmatur. Primum, quia stante lege veteri in sua viridi observatione, ante legem gratiae, ac Incarnationem verbi divini sanctissima Deipara, ac sanctissimus ejus sponfus fecerunt votum virginitatis, ergo tale votum non est proprium legis gratiae, sed etiam in illa lege antiqua dabatur. Confirmatur Secundum Quia multae mulieres in illa antiqua lege habebant votum castitatis, ut statim ostendo quia etiam sub nomine Euchi comprehenduntur, nam frequentiter in scriptura sub masculino femininum comprehenditur, quando materia communis est, praesertim quando lex est favorabilis Religioni, ut tenet Suar. tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 11. num 3. & tract. 8. lib. 2. cap. 6. n. 14.

Suar.

12.

Et confirmatur Tertio, Christus. D. in illis verbis, sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt, loquitur de praesenti sunt, & de praeterito castraverunt. Ergo jam dabantur multi antecesserunt Eunuchi spirituales, ac proinde, & ait Salianus tom 3. anno mundi 3031. in Scholio 1. videtur Dominus non de re tantum futura sed jam usitata loqui: nam ostingentis, & amplius annis dixerat Isaias 56. Non dicat Eunuchus, &c.

Salian.

Probatur tertio nostra conclusio, In lege antiqua fuerunt virgines intra claustra templi ad Dei obsequium, ut constat ex Machab. 2. c. 3. n. 19. Sed virgines, quae conclusae erant, praecurrebant ad Oniam. Unde D. Ambrosius lib. de virginibus, scribit etiam in templo Hierosolymitano fuisse legimus virgines: Quod essent virgines in illa lege antiqua cum castitatis voto colligitur ex Numer cap. 30. n. 4. Mulier si quid jam voverit, & se constrinxerit juramento. Ad quae verba Mag. Augustinus 9. 57. in Numeri, sic ait: M. rito queritur in hoc loco etiam de voto virginis. Mulieres enim, etiam virgines in scriptura solent appellari. Ad praefatum Numerorum locum verba D. Augustini ipsam sequens refert Glossa; cui adharet ibi Lorinus, ad eundem etiam locum Rupertus ait: Mulier si quidpiam voverit, id est si continentiam voverit, Abulens. Abulens. ibid. quast. 2. ait: An ista puella in veteri testamento posset vovere, & observare virginitatem cum esset sub patris potestate? Respondendum est non esse dubium; quin posset vovere. Non enim erat aliquid illicitum virginitas in veteri testamento, cum aliqui viri, & femina eam observassent; Ex D. Ambrosio, D. Germano Constantinopolit. Divo Gregorio Nicomediensi: idem probat, & confirmat Petrus Crepseus in summa fidei Catholica fol. 943. 644. dicens Monialium denique dedicatarum virginum propositum vovenda castitatis, antiquus, & sanctus usus defendit.

13.

Machab. 2.

D. Ambros.

Numer. 30.

D. August.

Lorinus. Rupertus.

14.

Probatur quarto urgenti, & gravi conjectura. Gentiles sine lumine fidei, maxime gratum suo factum D. o, existimabant, si ei suam virginitatem perpetuo voto consecrarent, ut faciebant virgines Vestales, de eis loquens D. Hieron. epistola ad Gecuehiam ait: Perpetua sacerdotii virginitate marcescunt Abu. Abulens. leus. ad cap. 30. Numer. quast. 12. inquit Erant inter Gentiles, virgines, quae vovebant virginitatem, & compellebantur eam servare, scilicet virgines Vestales. Idem expressè docent Pineda tom. 1. Monach. Eccles. lib. 1. cap. 10 §. 3. Soto in 4. dist. 30. q. 2. art. 1. Crespel. in summa verb. Moniales virgines: Josphus Laurent. Lesscentis de moribus Romanorum, lib. 3. synopsi prima. §. Vestalium origo, Marinho de civitate Ulisp. lib. 2. dum agit de monasterio vulgo Chelas, quod aedificatum est ab Ulyse virginibus Vestalibus, ut constat ex antiquissimis lapidibus in claustro, Tiraquel, ad 15. leg. con. nubii, part. 15. gloss. 1. n. 120. cum testimonio Plinii, & Polieni, ait: perpetuam virginitatem servabant, ut tradit Plinius, aut quisquis is est qui illum librum de viris illustribus edidit in Proca Rege Albanorum, & Polyenus, lib. 8. strategematon. Pro qua sententia audiendus est, D. Augustin, tom. 8. lib. 20. contra Faustum Manich, cap. 21. & ait: Quod virgines sunt Moniales, & Vestales virgines fuerunt. Inter illas virgines multum distat, nisi cui voveatur, ac reddatur. Inter unas, & alteras virgines magnum est discrimen, Vestales vovebant suam virginitatem Deo falso; nostrae vero Moniales vero Deo JESU CHRISTO.

Tiraquel.

D. August.

Ex quo sic formo hoc argumentum: Populus Gentilis sine lumine fidei plenus vitii, & abominationibus, cognoscebat magnum obsequium fieri suis falsis diis, ac demonibus

fi

Munoz.

si suam virginitatem eis voto consecrarent, quomodo dicendum est, quod hoc non intelligeret populus Dei, Divina fide illustratus, caelestibus inspirationibus illuminatus, lectione divina scripturae, ac multis revelationibus, documentis, ac praedicationibus Patrum ac Prophetarum, cum quibus locutus est Deus maxime instructus. Quis sibi persuadeat illos idololatrias perfectiores, ac eminentiori cultu (cujusmodi erat virginitas aequali voto firmata) suos falsos Deos fuisse veneratos, quam fideles Deum verum; quod argumentum etiam in Sybillis doctè, & late prosequitur M. Petrus Munoz in propugnaculo Eliae, lib. 2. tit. 2. c. 3. art. 1. Argumenta adversariorum infra referam, & solvam.

tanda est eorum obedientia erga patrem Obdivimus ergo voci Jonadab; & hoc non per aliquod tempus, sed usque in sempiternum, & hoc mira, & rigida abstinentia: Non bibetis vinum vos, & filii vestri. Et hoc etiam cum summa paupertate: Domum non aedificabitis, & sementem non seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris. Unde eorum vitam tanquam religiosam, & monasticam proponunt in exemplum omnibus religiosis, D. Gregor. Nazianz. in poemate de vita sua, D. Hieron. in Epistola ad Paulinum. D. Dionys. Hierarch. 3. art. 58. Rabanus Maurus, quem citat noster Venerabilis Vvaldeus, lib. 3. Doctrinalis fidei, art. 1. cap. 2. Abulens. 1. Paralip. cap. 2. q. 21. Ipsi, scilicet Rechabites, erant viri Religiosi in veteri testamento, sicut nunc sunt Monachi. Eoque in Exemplum Religiosis ponunt ad citatum locum Jeremiae Theodor. Cathusianus. Lyranus, Malveda, Oleaster, Sanchez, Menochius, & Estius.

D. Gregor. Nazianz. D. Hieron. D. Dionys. Rabban. Vvaldens. Abulens.

17.

Conc. Seno.

Quod verò hæc obedientia esset ex voto, probatur ex Concilio Senonesi in suo Decreto 9. de votis Monasticis, exhortans Concilium ad observantiam suorum votorum, ait: Si quis votum aliquod hujusmodi voverit, etiam si perpetuum fuerit, non faciet irritum verbum suum sed Deiparae Virginis. Annae Samuelis matris, & Rechabitarum exemplo, quod promissit, implebit Ad observanda vota perpetua, proponit Concilium votum sanctissimae Virginis, quod fecit de sua virginitate perpetua; votumque Annae Samuelis matris de commodando puero omnibus diebus vitae suae, i. Reg. 1. Reg. 1. n. 11. Et votum Rechabitarum, hoc autem votum, circa quam materiam versabatur, habetur ex Hieremia citato. Rechab. Pater noster praecepit nobis dicens, non bibetis vinum usque in sempiternum; & domos non aedificabitis, & sementem non seretis, & vineas non plantabitis, ne habebitis, sed in tabernaculis habitabitis, in cunctis diebus vestris, obdivimus ergo voci Jonadab, in omnibus qua praecepit nobis. eorum votum fuit erga obedientiam Patris ac erga paupertatem, ac abdicationem rerum; & sicut votum sanctissimae Virginis fuit verum, ac proprium votum perfectius tamen, ac excellentius super votum, cuiuscumque putrae creaturae, & votum Annae fuit verum votum, sic & Rechabitarum fuit verum, ac proprium votum, in eodem contextu de illis agitur.

1. Reg. 1.

18.

Jerem.

Cornel.

Probatur secundo. Quia Rechabites agnoscebant in se obligationem obediendi in omnibus tam minimis, quam magnis patri suo Jonadab filio Rechab, sed hæc obligatio non poterat oriri in eis nisi ex voto, ergo in eis dabatur votum. Major patet ex texto Jeremiae: Obdivimus voci patris nostri in omnibus qua praecepit nobis. Minor, in qua est tota vis argumenti, probatur, Quia talis obligatio non poterat oriri ex aliquo praecepto, naturali, vel positivo, divino, vel humano; naturale enim, vel divinum, nullum datur, humanam assignari non potest etiam à supremo Principe vel Patre erga filium ad opera filii, ut notat ad hunc locum Cornelius his verbis: Respondeo secundo parentem tam ardua non posse precipere filio: sicut non potest precipere

QUESTIO III.

In Rechabitis probantur vota obedientiae paupertatis, & castitatis quantum pro illa lege antiqua dari poterant.

SUMMARIUM.

- 15 Rechabites sic dicti à Patre Rechab, ac discipulis Elifai.
16 Ponitur Textus Jeremia circa Rechabites, & eorum vitam monasticam; qua à Patribus ponitur in exemplum cunctis Religiosis.
17 Probatur ex Concilio Senonesi eorum obedientia ex voto.
18 Probatur secundo idem ex obligatione, quam Rechabites in se agnoscebant.
19 Probatur etiam eorum paupertatis votum.
20 Probatur & castitatis votum.
21 Probantur eorum vota ex Patribus, ac Auctoribus.
22 Ipsi Rechabites fuerunt discipuli Eliae, ac Elifai.

AD probandum in lege veteri votum obedientiae, ac paupertatis proponimus in exemplum Rechabites sic dictos à Patre Rechab, cujus filius Jonadab instructus fuit vita monastica ab Elifae, ut tradunt Joannes in Hierosolymit. lib. de instit. Monachorum, c. 25. Joan. de Molinis in speculo historiali, cap. 3. M. Lezana tom. 1. Annal. anno Mundi 3159. num. 2. secundum D. Hieron. epist. ad Paulinum qui postquam ait. Noster Princeps. Elias noster Elifaus, nostri duces filii Prophetarum, statim subdit: Ex his, sunt & illi filii Rechab, qui vinum, & siceram non bibebant, &c. de quo late Boulducus lib. 3. de Ecclesia ante legem.

Joan. Jerof. Molin.

Lezana.

D. Hieron.

Boulducus.

16. Hierem. 35.

De Rechabitis loquens Hieremias 35. n. 6. cum ante eos appositi fuissent syphi vino pleni, Responderunt non bibemus vinum; quia Jonadab filius Rechab, Pater noster praecepit nobis dicens: non bibetis vinum vos, & filii vestri usque in sempiternum, & domum non aedificabitis, sementem non seretis, & vineas non plantabitis, cunctis diebus vestris. Obdivimus ergo voci Jonadab filii Rechab patris nostri, in omnibus, qua praecepit nobis. In quibus maxime no-

ro ingressum Religionis. In quo conveniunt etiam omnes Theologi, quod pater non potest obligare filium ad opera Consilii, ad summam abstinentiam, & paupertatem, &c. ergo cum obligatio, quam Rechabitarum agnoscebant in se obediendi patri suo, non poterat esse nisi ex voto, & in eo non poterant persistere in sempiternum, id est per totam vitam, absque voto.

19. Ex his probatur, eorum paupertatis votum; quia ut patet ex Textu Ieremias, Nec edificabant domos, nec plantabant vineas, nec sementa, nec habebant domos, tantum habitabant in tabernaculis, quod erat extrema paupertas, & cum hoc esset per totam vitam, consequens erat, ut esset voto firmatum, juxta celebrem doctrinam D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 6. ad 2. ubi ait: Non aliter potest homo totam vitam suam Deo exhibere, nisi per voti obligationem. Cujus rei rationem reddit Suar. tom. 3. de Relig. lib. 2. cap. 3. n. 2. & ait: Cum hoc sit de re valde difficili, & de se non necessaria, sed voluntaria; nisi aliquo morali vinculo firmata sit, facile stultitabit.

20. Quantum ad votum castitatis, Supponendum est ex Serario, lib. 3. Tribere. cap. 11. & in Minerv. lib. 5. c. 2. Rechabitas esse in duplici differentia, alios esse ex genere, ac stripe; alios ex disciplina, ac instituto. Quidam ex eis habebant uxores, ac filios, ut patet ex textu Ieremias citato; alii vero perfectiores in castitate, sine uxoribus vivebant, pro quo sufficit D. Gregorius Nazianz, in Poemate de vita sua, de se loquens, & ait: Que carnis erant, jamdiu decreveram reicere, aliam vitam querebam commodissimam. Et eam explicat. Animo Elias occurrebat vates meus magnusque Carmelitus, novaque nutritio, & solitudo Præcursoris illius & vita simplex liberorum. Pro quo alia adducit M. Lezana tom. 1. Annal. anno 3159. n. 4.

21. Eorum vota supponit D. Augustinus præfatione in Psal. 70. Vbi cum ageret de obedientia Rechabitarum adducit ad illud propositum illud Psalmi 33. In me sunt Deus vota tua, qua reddam. Et illud Psalmi 43. Voluntarie sacrificabo tibi. Ac si intendat sanctus Doctor, quod Rechabitarum dederunt vota sua Deo, ut voluntarie se illi sacrificarent, Magis clarè, & aperte eorum vota agnoscat Albertus Magnus in 4. dist. 39. n. 13. Doctissimus Abrahamus Bzovius in Thesuro Deipara sermon. 34. de præcepto Rechab loquens ait: Quod veterum præceptum votum fuerit, quo illos ligavit pater suus apud Patres plusquam certissimum est. Expende illud Plusquam certissimum. Gregorius de Valentia 2. 2. disp. 10. q. 4. punct. 1. §. 1. inter omnes sine controversia constat Rechabitas peculiari vita ratione præter communem observantiam legis divino cultui se ipsos addixisse; exactamque obedientiam suis superioribus præstabant. Nota illud sine controversia, eorumque vota agnoscat Vvalden. lib. 3. Doctrinalis fidei art. 1. cap. 2. Dionys. Cathol. ad citatum locum Hieremias 35. ait: Quod Ionadab Religiosa vita modum posteris suis præstitit, ac reliquit. Similiter loquuntur Lyranus, Malveda, Cardinalis Hugo, Tyrtinus, & Sanchez.

22. Isti autem Rechabitarum instituti fuerant ab

Elisæo, ut dixi in exordio questionis; & inde fuerunt discipuli Elisæ, ac Elisæi, ut ex D. Hieron. epistol. ad Paulinum, ubi agens de filiis: Prophetarum subdit. De illis, sunt, & illi Rechabita qui per Ieremiam vocantur laudantur & Bolducus lib. 3. de Ecclesia ante legem cap. 6. inquit Elisæ, & Elisæo successit in officio Ionadab, qui passim in scripturis dicitur filius Rechab. Ergo si filii Rechabitarum fuerunt discipuli Elisæ, & Elisæi, & habuerunt votum obedientiæ, ut satis probatum est ex Coacilio Senonensi, bene sequitur, quod tale votum emiserunt Elias, & Elisæus, ut pote eorum magistri, ac Doctores.

QUESTIO IV.

In Essenis fuerunt etiam vota obedientiæ, paupertatis, ac castitatis, qualia potuerunt esse pro illa lege imperfecta, & antiqua.

SUMMARIUM.

- 23 Essen soboles Rechabitarum.
24 De nominis etymologia, & unde sic dicti.
25 De eorum castitate, paupertate, & obedientia, & n. 26, 27.
28 In eis vita communis.
De oratione, refectorio, ac silentio, ibid.
29 De instructione novitiorum.
30 De votis eorum circa obedientiam, paupertatem, ac castitatem.
31 Circa vitam monasticam nomina nova, res antiqua.
32 Esseni discipuli Elisæi, ac ex filiis Prophetarum.

Esseni soboles, ac progenies Rechabitarum, & ab eis prodierunt, ut docent D. Nilus, discipulus D. Joannis Chrysoptomi in Ascetico in principio, Gregorius Cedrenus in compendio historiarum in Claudio Imperatore. Villapandus in apparatu urbis, & templi lib. 3. c. 14. Salianus sub anno mundi 3609. num. 3. Cornelius in c. 10. Numerorum vers. 29. Denique, Serarius in Minervali lib. 5. c. 13. affirmans omnes veteres scriptores Ecclesiasticos ita dixisse. Nam cum Iudæi redierunt ex captivitate Babylonica cum Zorobabele, & Propheta Aggeo, & Zacharia facto Concilio ex Rechabitis vetustioribus fecerunt Collegium, seu Congregationem Assiduarum, seu Essenorum, ut probant M. Franciscus à Maria in historia Prophetica tom. 1. lib. 2. c. 20. n. 8. M. Lezana anno mundi 3545. n. 18. 19. 20.

Circa nominis etymologiam duodecim expositiones affert Serarius lib. 3. Tribere. c. 1. Dicebantur Esseni à verbo Græco Hosios, id est sanctus, & corrupto vocabulo Assus, seu Essus. Alii sic explicant Esseni, quasi Eliseni, ut ab Elisæo sic dicti, à quo maxime ordinati sunt, ita Henriquez illustrissimus Auditor tom. 2. in summa lib. 12. c. 5. Glossa 20. litera B. cui adherent M. Thomas de Jesu, de variis Regulis Carmelit. part. 1. c. 1. §. Pro quo recolenda.

Carthag. Beccanus.

Fr. Lucas.

25. Philo. Josephus. Porphyrius.

Plinius. Solonius. Sotus.

26. Josephus.

Philo. Philastr. Nicera. Abulens.

27. Josephus. Philo. Soloni. Serari. Arboricenf.

28. Philo. Joseph.

29. Joseph.

colenda. Et Joannes Carthag. tom. 4. homil. lib. 17. homil. 2. object. 8. Becanus lib. 1. Analog. novi, ac veteris Testamenti cap. 11. & 4. n. 10. Franciscus Lucas ad 1. Machab. cap. 2. n. 42. De eorum mirabili vita Religiosa multa scribunt Auctores antiquissimi ipsi Essenis contemporanei, ac coevi, Philo Hebræus, Josephus cum aliis auctoribus antiquis.

De eorum castitate ait Philo Liber, quod omnis probus sit liber, castitatem in tota vita perpetuam servant. Josephus lib. 6. Antiquarum cap. 13. uxores non ducunt. Similiter Porphyrius apud Eusebium de Preparatione Evangelica lib. 6. c. 3. Plinius lib. 5. c. 17. Solonius c. 23. Volaterran. lib. 1. Baron. tom. 1. in apparatu. §. Sed antequam Sotus in 4. dist. 30. q. 2. art. 1. & multi alii.

De paupertate Josephus, lib. 2. de bello Judaico c. 7. ait. Divitiarum contemptores sunt, rerumque apud eos communicatio admirationi habetur. Idem habet lib. 18. Antiquit. cap. 2. & ait, inter illos nihil pauperius desideratur. Similiter Philo citato lib. & libro de vita contemplativa, Philastrus in Catalogo, Nicetas lib. 1. Thesauror. Orthodoxæ fidei c. 36. Abulens. in cap. 3. Matth. q. 113.

De obedientia citatur Josephus de bello Judaico. Nihil sine præcepto faciunt curatoris. Eodem modo Philo citato libro, ex Josepho Solonio Serariis in Tribere. lib. 3. c. 4. n. 37. & Arboricenfis tom. 2. de Tuendo sacro cultu, qui etiam notant, quod vita illis erat communis. Et dicunt: Communis est ipsis non mensa solum, verum etiam vestis quidem omnis.

De oratione, ac meditatione, Philo de vita contemplativa & Josephus de bello Judaico citatus. Singuli habent sacras ediculas, que semina vocant, ubi solitarii, sancta vita mysteriis dant operam, Prophetarum oracula divinitus prodita scrutantes, hymnosque persanantes, perpetuam Dei præsentiam habentes. De refectorio sic scribit Josephus citatus. Voce cibum sacerdos intervenit, neque gustare quemquam fas est nisi prius Deo celebratur oratio. De fine autem prandii sic ait Nam & cum incipiunt, & cum desinunt, quasi datorem virtus Deum laudibus celebrant. De silentio in refectorio sic scribit Philo liber omnis probus, & ait. silentium majus, quam antea, ita ut ne mutire cuiquam liceat, aut respirare vehementius. Et de silentio per aliud tempus sic scribit citatus Josephus de bello Judaico Neque vero clamor unquam rectum illud, neque tumultus inquietas, cum etiam loquendi ordine alii, aliis cedunt, eorumque silentium extra rectum constituitis arcuum quoddam videatur venerabile.

Maximè in rem nostram de institutione novitiorum sic scribit Josephus de bello Judaico cap. 7. Per annum integrum extrinsecus commorati, cuique eundem victus ordinem tribuunt: cumque dignus apparuerit, tunc demum in consortium admittitur, prius verò quam incidat communem habere cibum, magnis exortationibus abjurat, se primum colere Deum, deinceps quoque erga homines servare iustitiam. Et post aliqua. His quidem exortationibus explorant, & quasi præannuntiant accedentes. Deinde sic pergit; Deprehensas vero in peccatis a sua Congregatione expellunt & qui taliter fuerit

condemnatus. Illis quidem Sacramentis, ac ritibus obligatus, neque capere ab illis oblatum cibum potest. Ita Cedrenus in compendio historiarum Claudii Serar, citatus Gellius, Laërtius Serar. & alii multi, quos citant, ac sequuntur Laurentius Landimeter de Monach. victo, ac disciplina, M. Lezana tom. 1. Annal. ad ann. 3545. Lezana. a num. 20. & deinceps, & vinea Carmel p. 3. Vin. Carmel. cap. 3. fol. 143. num. 270.

Nota illud: His Sacramentis obligatus. Sacramentis, id est juramentis. Jura vero se obligabant ad illas virtutes obedientiæ, paupertatis, ac castitatis. Juramentum enim in hac materia, idem est ac votum, ut ex multis docent Sanchez tom. 3. summa. cap. 9. num. 11. & cap. 13. num. 1. Suarez tom. 3. de Relig. lib. 6. cap. 1. n. 3. qui ait: Ex quo tempore incipit religiosus status, incipit etiam professio cuius antiquissima mentio invenitur in sanctis Patribus, interdum sub nomine consecrationis, aut benedictionis, interdum nomine juramenti, aut voti. Et sapè etiam professionis. Et confirmatur, quia de iis Essenis, ait Solonius Auctor geographissimus, & antiquissimus, cap. 36. Nullus admittitur, nisi quem castitatis fides, & innocentie meritum prosequatur. Castitatis fides, id est promissio castitatis; in hoc sensu explicatur illud Pauli, ad Timoth. 5. num. 12. Quia primam fidem irritam fecerunt, id est promissionem castitatis violaverunt; ita ex multis Conciliis, ac Patribus, Bellam. lib. 1. de Monachis. c. 14. & apud iustas fides matrimonii id est promissio matrimonii, ut pluribus probat Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 9. n. 29. Sanchez. sicque fides promissionem significat apud thesaurum linguæ latinæ, & Cælepinum thesuper Cedrenus gravi, & antiquus Auctor in compendio Historiar. in Claud. Imperat. de Essenis, ait. Jurant huic divina Religioni unice usque ad sanguinem, se piè, ac reverenter operam navaturos.

Hæc de Essenis dixi, ut videas modum Religiosum, qui modò in nobis est tanquam primis delincentis, in illis antiquis Patribus præcessit, qui modò in lege gratiæ excellentiori, ac multò majori perfectione, omnibusque modis absoluto invenitur unde de his rectè dixit D. Augustinus: Novis nominibus, res autem ipse ante nomina sua erant. Pro quo accipe Baronium in annotationibus ad Martyrolog. Romanum die 19. Octobris ad verb. septem Monachos, ait: Porro ipsum Monachorum institutum, non recens, sed ab initio nascentis Ecclesiæ viguisse, ex his, que scribit Philo de Essenis, & que habet Dionysius Areopagita & alii facile colligent; licet nomen ipsum non adeò vetus fuerit. Unde D. August. tract. 97. in Joan. sic ait Monasteria, & Xenodochia, postea sunt appellata, novis nominibus res autem ipsa ante sua nomina erant. Ita Baronius status religiosus ante nomina, nomina verò nova Monasterium, Conventus, Collegium.

Esseni pallio albo utebantur, sicut filii Prophetarum, cum essent ex eadem familia, urpotè ab Elisæo ordinati, ut dixi in exordio questionis, quod verò essent ex eadem familia tenent Vvalden. tom. 1. Doct. in sine Vvalden. lib. 1. cap. 14. art. 2. num. 11. Arnoldus Boetius Cedrenus in lib. de primatu B. Virginis Mariæ, Cedrenus in compendio Historiarum in Claud. Imperatore, & Gra-